



Quæstionum, Et Resolutionum Legalium Libri Duo

Quorum Prior in duas Partes divisus, continet Resolutiones Beneficiales,
Canonicas Et Regulares: Secundus Controversias Civiles determinat

Quæstionum, Et Resolutionum Legalium Libri Duo - Quorum Prior in duas
Partes divisus, continet Resolutiones Beneficiales, Canonicas Et Regulares:
Secundus Controversias Civiles determinat

Tonduti, Pierre François de

Lugduni, M.DC.LXXXIX.

Cap. CLXIX. Dominus jurisdictionalis manutenendus est in quasi
possessione exigendi mulctas consuetas. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98388](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98388)

Hæc quæstio variè inter DD. decisa reperitur; nam aliqui volunt compensationem inductam fuisse in præjudicium creditorum anteriorum, ut Scacc. de commerc. §. 2. glossa 5. num. 422. & multis segg. Dominicus Gait. de credito, cap. 4. quæst. 7. num. 355. Carleval. de judic. tom. 2. lib. 1. tit. 3. dis. 27. fol. 334. ubi alios allegat. Capyc. Latro decif. 25. num. 22. & 24. ubi dicit, in omnem eventum dari retentionem; & melius num. 27.

Contrariam tamen sententiam sequi debemus, quam amplectitur Rota Rom. p. 3. recent. decif. 703. & p. 7. decif. 177. num. 8. & post plures alios Salgado in Labyrintho creditor. parte 2. cap. 3. num. 31. & seg. & cap. 28. num. 25.

CAPUT CLXIX.

Dominus jurisdictionalis manutenendus est in quasi possessione exigendi multas consuetas. Populus non potest augere pœnas, aut illas alterare sine consensu Domini, nec Dominus sine consensu Populi. Potest tamen Dominus banna, & Edicta pœnalia facere sine excessu. Communitas non potest manuteneri adversus Dominum in facultativis, & illo ignorante factis. Laudimium non debetur ex acquisitione facta in vim Constituti. Si tamen post decem annos inter præfentes, & viginti inter absentes restitueretur possessio, solvendum est laudimium.

SVM MARIVM.

- 1 Domini jurisdictionales manutenendi sunt in quasi possessione exigendi pœnas, & multas consuetas.
- 2 Possessio, seu quasi, jurisdictionis universalis facit ut Domino danda sit manutentio in actibus particularibus a jurisdictione dependentibus.
- 3 Imponendi pœnas & multas dependet à jurisdictione Domini, & non à communitate.
- 4 Sicut subditi non possunt pœnas & multas indicare, nisi Domini, aut ejus Officialium interveniente consensu; ita nequeunt impositas minuire.
- 5 Pœna & multa, qua diuturno tempore soluta fuere, sunt potius consuetudinaria quam conventionales.
- 6 Dominus non potest pœnas & multas augere sine consensu populi.
- 7 Communitates utrum possint facere statuta pœnalia sine auctoritate Domini? Remissivè.
- 8 Diuturna præstatio subditorum habet presumptionem tituli legitimi.
- 9 Multiplicitas actuum excludit presumptionem juris facultativi.
- 10 Dominus jurisdictionalis potest facere edicta pœnalia, dummodo sine excessu.
- 11 Actus ministrandi tubam præconi substationes facienti est mere facultativus, & ideo non manutenibilis.
- 12 Actus qui non fuit factus jure servitutis, non est manutenibilis.

- 13 Vicarius non potest petere se manuteneri adversus Episcopum.
- 14 Qui per multum tempus ivit ad furnum, vel molendinum, non potest cogi ad continuandum, nisi id fuerit jure servitutis.
- 15 Maxime quando agitur contra Dominum jurisdictionalem, qui habet titulum.
- 16 In facultativis unus actus non tribuit manutentionem.
- 17 In acquisitione jurium incorporalium probanda est scientia adversarii.
- 18 Scientia Officialium Baronum non sufficit in præjudicialibus contra jurisdictionem ipsius.
- 19 In dubio possessio potius censenda est cumulativa, quam privativa.
- 20 Laudimium non debetur ex simplici adeptione possessionis vigore Constituti.
- 21 Immissus in possessionem vigore contractus, aut Salviiani interdicti, non facit fructus suos.
- 22 Si possessio capta vigore constituti, continuata fuerit spatio decem annorum inter præfentes, & viginti inter absentes, & possessio deinde restitueretur priori domino, solvendum esset laudimium.

Tres quæstiones agitate fuerunt inter Dominum jurisdictionalem, & Communitatem ac particulares illius loci: quarum prima respicit quasi possessionem exigendi multas & pœnas, Domino competentem. Secunda, quasi possessionem tradendi tubam præconi in substationibus, præsentem per communitatem. Tertia respicit solutionem laudimiorum ex possessione adepta in vim clausulæ Constituti.

Quod attinet ad primum caput, Domino jurisdictionali dici concedendam esse manutentionem in quasi possessione exigendi multas consuetas, banna, & pœnas à suis subditis; cum generaliter Domini Barones debeant manuteneri in quasi possessione exigendi onera consuetà à subditis. Menoch. remedio 3. retinenda possess. num. 115. cum sequentib. Coccin. decisio 354. per totam, Capycius decif. 96. Postius de manutentione, observatione 10. numero 11. & 74.

Et cum sit in quasi possessione universali jurisdictionis, manuteneri debet in singulis actibus ex jurisdictione dependentibus, cum attendatur potius causa universalis, quæ influit ad omnes actus particulares à jurisdictione dependentes, juxta doctrinam Baldi in l. 1. numero 24. versic. Tu dic, Cod. de emancipat. liberorum, Ludovicius & ibi Addentes decif. 557.

Neque dicatur hic tractari de pœna conventionali, dependente à voluntate dictæ communitatis.

Quia respondetur primò, quod jus imponendi pœnas & multas, cum sit actus jurisdictionalis, ad solum Dominum jurisdictionalem, non autem ad ipsam Communitatem pertinet. Peregrin. conf. 114. num. 2. vers. multas, & pœnas, volum. 3. Menoch. conf. 147. num. 14. & 15. cum pluribus citatis per Joseph. Ramon. conf. 18. num. 27. Non potest igitur, aut poterit Universitas pœnam hujusmodi imponere, nisi cum consensu & auctoritate Domini jurisdictionalis, ut per Doctores supra citatos. Si igitur non potest Communitas pœnam imponere sine consensu Domini, ita nec impositam revocare; quia per impositionem talis pœnæ factam de consensu Domini, seu ejus Bajuli, & Officiarii, (qui consensus, ut dictum est, erat necessarius) cen-

152 Petri Francisci de Tonduti Sanlegerii,

setur initus quidam contractus inter Dominum & subditos, qui sine ejus consensu revocari non potest. Bartol. in l. omnes populi, num. 29. versic. Distingue: ff. de just. & jure, Alexand. conf. 101. num. 1. versic. Et idem tenet Baldus, volum. 1. cum pluribus citatis per Rotam in recentiorib. decis. 34. num. 2. parte 2. Et generale est, quod constitutio facta cum auctoritate alicujus, non potest sine ejusdem auctoritate revocari. Rota in recentiorib. decis. 104. num. 2. in fine, parte 3.

5 Secundò, quod stante diuturnitate temporis, quo pœnas exigere consuevit, illa dici potius debet consuetudinaria, quàm conventionalis, ex traditis per Anchar. conf. 148. num. 10. in verbo Aut est consuetudinaria. Roman. conf. 143. in princ. Tusch. lit. P, conclus. 243. num. 2.

6 Et sicut Domini secundum aliquorum sententiam non possunt banna consueti propria voluntate augere, quia consuetudo pœnam determinat, ut dicit Antibol. in tract. de munerib. §. 4. num. 197. & seqq. ubi dicit, omnes novitates in hac materia suspectas esse: & num. 199. dicit in alteratione pœnarum consuetarum, debere adhiberi consensum tam Domini, quàm subditorum, ne deterius essent conditionis Domini subditis suis; cum Dominus & subditus sint correlativi, & in correlativis idem est iudicium, & eadem disciplina, & de uno dispositum trahitur ad alterum: l. fin. ff. de acceptilatis, l. fin. C. de indicta viduit. toll. cum similibus, Capib. de jure Baron. pragmat. 8. parte 1. num. 399. versic. Limitarem tamen. Adde Bertrand. conf. 238. num. 3. & seqq.

7 volum. 2. parte 1. † Verum autem, & quibus concurrentibus Communitates facere possint statuta pœnalia, copiosè explicat Cancer. lib. 3. resol. cap. 13. num. 347. & seqq.

8 Tertiò, quia propter eandem temporis diuturnitatem, non solum ob decursum decem, & viginti annorum, sed etiam triginta aut quadraginta, non est necessaria productio alicujus tituli: imò præsumitur, quod actus omnes tam diuturno tempore facti censeantur provenisse ex titulo & obligatione præcedenti. Bart. in l. solent, §. 1. in fine, ff. de offic. Proconsul. & Legati, Bald. in l. male agit, num. 7. C. de præscript. 30. vel 40. annorum, Balb. de præscriptionib. prima parte tertia partis princip. quest. 9. & 11. Menoch. lib. 3. præsumpt. 131. num. 2. † Et ex illis multiplicatis actibus non potest præsumi quid factum jure facultatis. Ludovis. decis. 162. num. 16. versic. Secundo.

10 Quartò, quia in omnem eventum, quidquid sit de augmento pœnæ consuetæ, de quo mox dictum est num. 6. tamen hoc certum est, quod licitum est Domino Baroni eandem pœnam imponere per viam bannimenti, cum licitum sit Baronibus in ipso Castro facere proclamata, & edicta pœnalia, dummodo non sint excessiva: quod dici non potest, dum inducitur pœna à longo tempore consueti. Lucas de Peña in l. insignis, col. 1. C. de pasc. publ. & privat. lib. 11. Freccia in tract. de subseud. lib. 2. auctorit. 46. n. 1. & 11. Rota coram Burato decis. 312. num. 1. & decis. 427. num. 2. & 8.

Denique cum agatur de possessorio summarissimo, seclusa omni disputatione petitorii, certum est dandam esse Domino manutentionem in eo statu, & eo modo, quo possidebat ante litem motam. Ludovis. decis. 569. num. 3.

In secundo capite supponendum est, quod eadem Communitas novam litem suscitabat, prætendens se saltem manutendam in quasi possessione dandi præconi bona, aut negotia ipsius Uni-

versitatis licitanti, tubam æream, cum qua dictæ citationes fierent. Qua in re nec fundata est ipsa Communitas.

Quia actus ille dandi, & ministrandi tubam præconi, est actus merè facultativus, in quo Communitas nullum prorsus habet titulum, nec illum habere, aut excogitare potest. Menoch. de arbit. cap. 160. num. 20. ubi quod si actus non fuit factus tantum ex jure proprio, & jure servitutis, ac ex titulo aliquo, semper dicitur factus jure familiaritatis. Coccin. decis. 180. n. 5. & decis. 472. n. 6. ubi quod possessio nullius est considerationis, quando non constat de titulo, quia præsumitur concessa jure familiaritatis. Rot. apud Post. decis. 138. n. 4. † quia ad hoc ut possessio sit manutentibilis, probari debet, quod fuerit ex causa servitutis sibi debita, sciente & patiente adversario, ut post Alex. & Salicet. tradit. Cyprian. discept. for. cap. 450. n. 8.

Et generale est, ut ex iis quæ sunt, seu fieri solent ex gratia & voluntate alicujus, nullum quantum jus, vel possessio, quæ sit attendenda. Rota decis. 297. n. 4. p. 2. ubi de Vicario Episcopi, quod non potest petere se manutentari adversus Episcopum, de jure communi. Mantica decis. 146. num. 2. Publici manutent. observat. 53. n. 7. † Et potest affecti exemplum de eo qui vadit ad macinandum, vel coquendum in molendino, vel forno alterius; aut de eo qui per aliquot annos obtulit alicui per caponem, & similia, de quibus Post. lib. 4. §. 1. & seqq. & non observat. 54. Ripa in cap. cum Ecclesia Sacra, de caus. possess. & propr. ubi latè.

Maximè autem actus per Communitatem gestus, censentur facti per usurpationem, & non jure servitutis, seu jure proprio, quia agitur contra habentem titulum. Post. d. observat. 54. n. 1. in tempore contra Dominum jurisdictionalem, qui fundatum habet suam intensionem in omnibus actibus jurisdictionalibus, & à jurisdictione quomodolibet dependentibus, & nominatim circa jus, & auctoritatem faciendi proclamationes. Burat. decis. 427. n. 1. & 2.

Addatur, quod probatio facta fuit de unico edicto jam ab annis 19. facto; cum tamen in his quæ ex gratia & libera voluntate fiunt, multoties actum ad effectum manutentionis sit probanda. Post. d. observat. 18. num. 46.

Cum nec etiam probata sit scientia Domini Baronis, quæ probanda omnino fuisset, cum agatur prætenso jure incorporali. Gratian. d. discept. 4. ubi maximè cum agatur contra Dominum Baroni, qui (ut dictum est) habet pro se juris assistentiam. Post. d. observat. 40. n. 18.

Nec ad hunc effectum sufficit scientia Officialium Domini Baronis, cum agatur de acquisitione juris incorporalis. Cost. de fact. scientia. in præf. num. 13. post Capyc. decis. 57. n. 2. Sufficeret autem scientia Officialium, si non ageretur de jure incorporalibus acquirendis, ut ibi notat Cost. de jure fisci, lib. 6. tit. 8. n. 26. & dicitur supra, num. 22.

Et præmissa multò magis locum habent contra Syndicos Universitatis tubam denegantibus, præ impedienti liberum exercitium jurisdictionis, & jurisdictionalium actuum Domini Baronis, & jurisdictionalium Officialium, & propterea ex sola juris assistentia Domini Baro fundatus est ad impedendum manutentionem ab Universitate petitam. Maxime quia non fuit probata aliqua possessio negativa, vel prohibitiva contra Dominum, aut ejus Officialia. † In dubio autem manutentio non debet concedi privativè, sed tantum cumulativè. Sanguis. d. 1.

decif. 339. num. 2. & si daretur possessio privativa, esset spoliativa. Idem decif. 7. num. 1. Ludovif. decif. 472. num. 1. & 493. num. 1. & ibi Addentes.

Tertia quaestio in eo versatur, utrum Dominus jurisdictionalis, qui est Dominus directus, petere possit laudemium de praediis, in quorum possessionem creditor immisus fuit vigore Constituti in obligatione Camerali appositi.

20 Questio ista resolvida est negativè, quia laudimium non debetur ex simplicis possessione, nisi interveniente titulo habili ad translationem domini, & sola possessionis translatio non dicitur alienatio, licet si res, §. *Juncti & alia*, ff. de alienat. jud. mut. causâ factâ, l. non alienat, ff. de regul. jur., Tiraquell. ad leg. connubial. glossa s. in verbo *Contraher*, num. 1. 61. Bertrandus conf. s. num. 2. volum. 2. prior. Laudimium verò debetur tantum ob causam alienationis domini utilis, quod Dominus habet in re emphiteutica, ut dicit ibid. Bertrandus num. 1. & notant Doctores in l. fin. C. de jure emphyt. sequitur Burg. in tratt. de laudimio, parte 2. in specul. 33. per tot. Claper.

21 causa 26, *quæst. unica, n. 2.* † et ideo immixtus in possessionem bonorum debitoris vigore contractus, non facit fructus suos, ut notat Gallef. *de obligar. Camerali, quæst. ult. num. 26.* sicut nec immixtus ex Salviano fructus suos facit, sed illos in sortem imputare teneretur. *Zachias de obligar. Camerali, quæst. ult. num. 60.*

22. Verum tamen est, quod si possessio sic capta, continuata fuisset per spatium decem annorum inter presentes, & viginti inter absentes, ac deinde emphyteuta eadem possessio restitueretur, Dominus directus fundatus esset in petitione laudimii, ut notavit Bertrandus *d. cons. 3. num. 3. in fine*, quem sequitur Burg. *d. inspec. 33.*

Cum itaque possessio, quæ capta fuit per particulares vigore clausulæ Constituti, sit recens, & per modicum tempus continuata, absque titulo habili ad transferendum dominium; sequitur, laudimium ex hujusmodi adeptione possessionis non deberi.

rumpendam, quidam existimant: alii solam sufficere inquisitionem. Sed prior sententia equior est, & benignior.

6 Quando reus aufugit, nec se citari permisit, habetur pro legitimè citato.

7 Interruptio in delictis non nocet, si post illam lapsi sunt viginti anni, à die interruptionis computandi.

8 Si acta criminalia dicantur deperdita, duo probanda sunt: primò illorum amissio: secundò tenor ipsorum.

9 *Attestatio simplex unius viri, quantumvis insignis, fidem non facit in prejudicium Terti.*

10 *Index requisitus potest, si velit, cognoscere de in-*
justitia sententia Iudicis requirentis, nec pars
requirens executionem, potest ex ea praeendere
sibi allatum fuisse gravamen.

Variæ quæstiones propositæ fuerunt pro parte
cujusdam Domini jurisdictionalis, quæ ad se-
quentia capita reducuntur.

Primò quanto tempore præscribatur actio criminalis ratione homicidii.

Secundò, utrùm præscriptio hoc casu dormiat,
pendente minori ætate querelantis.

Tertio, utrum illa praescriptio interrumpatur per libellum accusationis, vel per inquisitionem formatam contra delinquentem.

Quartò, quanto tempore duret effectus dictæ interruptionis.

Quidò, utrùm interruptio probetur per testes,
quando acta criminalia fuerunt deperdita.

Sextò, utrùm si Dominus jurisdictionalis declar-
ret fuisse satisfactum fisco, talis declaratio subsistat
in præjudicium partis læsæ.

Septimò, utrum Senatus Auricensis requisitus pro executione citationis in illa causa criminali, possit cognoscere de meritis causæ, & de materia principali.

Ad quas quæstiones responderetur in hunc, qui sequitur, modum.

Ad primam quæstionem respondetur, quod omnis actio criminalis ratione homicidii, de quo agitur, spatio viginti annorum præscribitur, *l. quæram, C. de falsi. Peregr. de jure sscr. lib. 6. tit. 8. num. 36. Clar. in §. fin. quæst. 1. num. 1. Gomez de delict. cap. 1. num. 6. Farinac. de delict. quæst. 10. num. 1. & seqq.* qui omnes volunt hanc regulam locum habere, sive per accusationem procedatur, sive per inquisitionem.

Secundò, quod ista præscriptio currit etiam contra minores, neque impeditur sub aliquo prætextu ignorantie, vel impedimenti, vel absentia. Probatur per textum in *L. auxilium*, ff. de minorib. Barbosa ad l. 3. C. de præscript. 30, vel 40. annor. n. 218. Gomef. l. cap. 1. n. 6. circa med. Guazini. de defensor. defensor. 2. ap. 2. num. 6. Farinac. d. q. 1. num. 27. Atque ita iudicatum fuit in supremo Parisiensi Senatu 27. Julii 1566. & iterum 30. Decembris 1606. ut refert Brocau in notis ad Louet, lit. C, num. 47. in *Secunda columna ultime impressionis*, † addens quod nec temore bellorum talis præscriptio interruptitur, atque ita iudicatum refert.

Tertio, quod ista præscriptio non interruptitur per quemcumque actum iudiciale, sed necessaria est citatio legitimè exequuta, & in actis descripta, cum relatione nuntii citationem exequutis. *Barbosa loco citato, num. 2, 3.* Sed tamen solam accusationem, vel inquisitionem ex officio factam, sufficere ad interruptendam præscriptionem in criminalibus,

CAPUT CXX.

De præscriptione viginti annorum adver-
sus crimen homicidii: & utrum illa præ-
scriptio currat adversus pupillum, vel
minorem viginti quinque annis? Et quo-
modo interruptatur? videlicet, utrum
per simplicem accusationem, vel inquisi-
tionem? Vtrum acta deperdita probari
possint per testes, & quomodo? Domini
jurisdictionalis declaratio utrum præju-
diciet parti querelanti? Et an, & quando
Judex requisitus possit cognoscere de
meritis causæ.

S V M M A R I V M.

- 1 Omnis actio criminalis in crimine homicidii spatio
- 2 viginti annorum tollitur.
- 3 Ampliatur, ut locum habeat, si ve procedatur per
- 4 accusationem, si ve per inquisitionem.
- 5 Prescriptio viginti annorum in delictis currit etiam
- 6 contra minores.
- 7 Et talis prescriptio currit etiam tempore belli.
- 8 Requiritur citationem ad hanc prescriptionem inter-